

ACTUS ORATORIO-  
~~PROFICIA~~  
PANEGYRICE  
de  
Bono Principe cum Sole comparato  
PROLOGUS.

315

Si quis, Auditores Venerandi, Imperatorum Romanorum in tam longa se-  
rie, qua alter alterum sequitur, laudandus, non parvam certe laudem me-  
ritae Leo, eius nominis primus, primus qui ab Anatolio, Patriarcha Constan-  
tinopolitano, coronatus. Praecipuis autem eam ob causam ille laudatur:  
quod etsi mediocriter ipse doctus, doctos tamen in summo pretio habuerit,  
et stipendiis liberaliter fovit. Laudatur, quod aurea pacis tam stu-  
diosus fuerit, ut aliquando exclamare non dubitavit: O si is temporum  
status foret, ut mihi liceret stipendia militum in literarum Magi-  
stris conferre! Laudatur et ipse, quod clemens fuerit et beneficus er-  
ga suos, maxime erga egenos & inopes. Denique vel propterea Leo  
laudatur, quod sub Emblemate Solis Bonum Principem Principibus ter-  
rae ob oculos posuerit. Ita autem ille breviter, satis tamen graviter praeci-  
pit: Princeps ut Sol sit. Esto igitur quod alii in Latine olim Principes,  
eorum nulla re magis, quam crudelitate nobilitatum habetur Imperium,  
se magis ad exterorum terrorem, quam ad suorum amorem pingi ac fini-  
voluerunt, (dum nonnulli quidem fulmen tonantis Iovis in manibus, aut  
lanciam furantis Herculis, nonnulli fulminantis Martis hastam, aut Ne-  
ptuni ferocientis tridentem, terroris insignia portabant;) nos tamen  
legimus Principis faciem quam personam representare mallet, alia  
ad famam et existimationem via ut grassarentur Principes, volebat. In ocu-  
lis namque Principis amorem, in vultu benevolentiam, in fronte sereni-  
tatem, in ore gratiam, in pectore constantiam, in omnibus denique  
corporis membris et animi votis humanitatem paucissimis commendabat  
verbis. Quid ergo mirum, si intimiora aureola praecipitioris penetra-  
ta hodie pandam? Serio namque Imperator laudatissimus eadem omnes  
nos Principes monitos vult: ut omnes, quos aspiciunt, favore suo  
complectantur, iisdemque gratiam suam impertiant. Hoc siquidem in-  
ter munera boni Principis vel praecipuum esse noverat, ut civibus  
suis favoreret, Reipublicae splendore suo lexornaret, subditos ab injuria  
defenderet, vitae subsidia honestis legibus constitueret, totum Reipublicae